ſi certus eſſem monumentum hoc prius typis deſcriptum fuiſſe, qvàm gentium iſtarum notitia latius ſparſa, impoſtoribus uberiorem comminiſcendi materiam mentiendiqve facultatem præbuit. Jam verò ob craſſa crudaqve figmenta fabularumqve portenta, qvibus repletum eſt, totum illud ſub tantorum virorum nomine, ad authoritatem conciliandam, poſterioribus temporibus confictum exiſtimo, gnarus, ut alios reticeam, effrontis Blevkenianæ, muſcaqve impudentioris Martinerianæ audaciæ, qvorum uterqve itineraria ſua in Islandiam & Gronlandiam, (& hic poſterior glorioſiſſimæ memoriæ Regis FRIDERICI TERTII tempore, eò ſe profectum nugatur, cùm tamen neſciam, an alter Islandiam, neuter certe Gronlandiam unqvam viderit)

ſtupen-